241

Literæ Imperatoris Ferdinandi quibus recommendatur Joannes Tencinius Comes in Tęczyn Clementi VII Pontifici Romano Filius prædicti Castellani Cracoviensis

Beatissime in Christo Pater et Dne D. Reverendissime. Post humilem commendationem filialis observantiæ continuum incrementum. Cum Nobilis et Magnificus fidelis Nobis dilectus Joannes Comes in Tęczyn Polonus Dapifer noster preclaro quodam instituto ad pernoscendos hominum mores majoremq ætatis usum et experientiam consequandam sibi proposuerit, varias Christiani Orbis regiones ac Provincias invisere, prætermittere non potuimus, quin descendentem Sanctitati Væ de meliori nota commendatum redderemus &c. Datum in Civitate nostra Vienna 24 Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Primo Regnorum nostrorum Romani 31 aliorum vero 35